

J'ai le regret de porter à la connaissance de Votre Excellence, que c'est à l'attitude du clergé lithuanien à l'égard de la population polonaise, qu'il faut attribuer les attaques déplorables, dont se plaint Votre Excellence.

Il y a malheureusement des cas nombreux où la conduite peu chrétienne des prêtres lithuaniens n'a pu que trop justifier les critiques, dont ils ont été l'objet. Tels sont par exemple, les événements récents de Szrywinty<sup>927</sup>.

Toutefois, je puis assurer à Votre Excellence, que le Gouvernement Polonais est complètement d'accord avec Elle sur la nécessité de faire cesser une agitation susceptible de porter atteinte au prestige du clergé catholique et au respect qui lui est dû.

De mon côté, je ferai tout mon possible pour que les autorités compétentes mettent fin au plus tôt à la campagne de presse en question<sup>928</sup>.

Veuillez agréer, Monseigneur, l'assurance de ma très haute considération.

Pour le Ministre des Affaires Etrangères:  
(<sup>a</sup>-L. Skrzyński<sup>a</sup>)

L.S. [*cum inscriptione:*] République Polonaise Ministère des Affaires Etrangères

<sup>a-a)</sup> *Manu propria.*

## N. 1272.

**Achilles Ratti**

**Vladislao Skrzyński, Rerum Exterarum Poloniae vices gerenti**

Varsaviae, 25 X 1919.

*Gratias agit viceministro pro damnata ostentatione contra eum Georgium Matulewicz in commentariis publicis concitata et affirmat se ex toto participare opiniones et principia ordinis ac boni publici a viceministro declarata.*

**Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 57r N prot. 720.**

---

<sup>927</sup> Agitur de accusationibus pastoris animarum a parochianis Polonis motis, cfr. *Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz*, p. 180-181.

<sup>928</sup> Cfr. N. 1272.

Excellence,

Je viens de recevoir votre honorable missive [25] Octobre 1919, N° 2742/V/19<sup>929</sup> et je m'empresse de vous remercier de l'accueil que vous avez fait à mes préoccupations .....<sup>a)</sup> de certaine campagne de presse, heureux de me trouver encore une fois en plein accord avec vous sur les grands principes de l'ordre et du bien public, ce que du reste je m'attendais.

Veuillez, Excellence, agréer avec mes remerciements l'expression de mes sentiments les plus distingués.

A. Ratti  
Nonce Apostolique

<sup>a)</sup> *Verbum illegibile.*

### N. 1273.

**Card. Petrus Gasparri**  
**Achilli Ratti**

Romae, 26 X 1919.

*Nuntiat summum pontificem gratias agere pro reverentiae et observantiae verbis a Conventu factionum christiano-nationalium sibi delatis, benedictionem apostolicam eis impartiri et renatae Poloniae felicitatem exoptat.*

**Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 91r (N prot. 719); telegramma.**

Santo Padre compiacendosi omaggio filiale venerazione, attaccamento espresso per tramite S.V. Signoria V.ra da numerosi cattolici riuniti Cracovia istituire partito operaio cristiano nazionale, li ringrazia di cuore e coll'augurio che nuova grande istituzione riesca valido importante<sup>a)</sup> coefficiente benessere risorta Polonia, imparte con paterno affetto presidenza e soci implorata Apostolica Benedizione, arra divini favori ed auspicio incremento prosperità<sup>930</sup>. Cardinale<sup>b)</sup> Gasparri

<sup>a)</sup> *Supra lineam adscriptum manu Achillis Ratti.*

<sup>b)</sup> *Pro expuncto verbo: importante manu Achillis Ratti adscriptum.*

---

929 Cfr. N. 1271.

930 Cfr. N. 1195 et N. 1277.

## N. 1274.

**Achilles Ratti****Vladislao Skrzyński, Rerum Exterarum Poloniae vices gerenti**

Varsaviae, 26 X 1919.

*Gratias agit Rerum Exterarum viceministro, quod censuram litterarum suarum condemnavit.*

**Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 193 f. 14r N prot. 721.**

Excellence

Je suis en possession de votre honorable missive 23 Octobre N° D.11917/I/19<sup>931</sup> avec la lettre y jointe de Mons. Szeptycki<sup>932</sup>.

Je vous prie instamment, Excellence, de ne pas vouloir penser à la moindre trace de fâcheuse impression dans mon esprit. Une mésattention, une ignorance d'un subalterne est toujours possible et vous avez pu voir que j'ai insinué une excuse dans le fait qu'aucun signe facilement saisissable ne rappelait l'attention.

Veuillez, Excellence, agréer mes remerciements pour votre obligeance et l'expression aussi de mes sentiments les plus distingués

A. Ratti  
Nonce Apostolique

## N. 1275.

**Secretarius Nuntiaturae, Ermenegildus Pellegrinetti**  
**p. Alfonso Jędrzejewski, OSPPE**

Varsaviae, 26 X 1919.

*Nomine nuntii respondens, secretarius Nuntiaturae certioreum eum reddit nuntium litteras eius comperisse, sed cum monasterium Claromontanum ordinario Vladislaviensi subire pergit, eidem episcopo competit permissionem concedere ad monasterium redeundi. Si episcopus talem permissionem dene-*

<sup>931</sup> Cfr. N. 1267.

<sup>932</sup> Litterae non sunt repertae.

*gasset, nil aliud restaret quam se ad S. Congregationem de Religiosis convertere. Sed nuntius hoc temporis momento id facere dissuadet.*

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 199 f. 88r N.prot. 717.

Excellentissimus D.nus, D.nus Nuntius Apostolicus attente petitionem Paternitatis Tuuae legit et optimum de Te testimonium quod Rev.mus Płoskiewicz dedit, consideravit<sup>933</sup>. Sed cum iam Apostolica Sedes potestatem in Monasterium Claromontanum Excellentissimo D.no, D.no Epo Vladislavensi dederit, non adhuc revocaverit, Excellentissimus Nuntius rem ipsam ipse suscipere non potest, sed solum de hoc cum suprascripto Episcopo conferre. Quod si Epus Vladislaviensis in sua sententia permanserit, nihil aliud superest nisi ut recursum facias apud S. Congregationem de Religiosis, quod tamen hoc momento Tibi meo quidem iudicio, suadendum non videtur. Testimonium vero Rev.mi Płoskiewicz ad Rev.dam Paternitatem Tuam remitto, quia certe, cum tam discrete et bene de Tuis gestis et rebus loquatur, Tibi utilissimum esse poterit etiam futuris temporibus.

Interea velis obsequia mea libenter excipere etc.

Hermenegildus Pellegrinetti, secretarius Nunciaturae

### N. 1276.

**Card. Petrus Gasparri  
Achilli Ratti**

Romae, 26 X 1919.

*Ab officialibus Secretariatus Status mittit nuntio vota et gratulationes occasione acceptae consecrationis episcopalnis.*

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 497r (N.prot. 724); telegramma, receptum 26 X hora 23<sup>30</sup>.

Mons. Sostituto<sup>934</sup> e personale Segretaria di Stato porgono V.E.I. [V.ra Eccellenza Ill.ma] migliori felicitazioni fausta circostanza sua Consacrazio-

<sup>933</sup> Cfr. N. 1258.

<sup>934</sup> Praelatus Fridericus Tedeschini.

ne Episcopale e le implorano abbondanza divini carismi per felice successo ardua e nobile missione affidata dal Santo Padre<sup>935</sup>. Cardinale Gasparri

N. 1277.

**Achilles Ratti**

**Ludovico Gdyk, legato ad Diaetam Reipublicae deputato**

Varsaviae, 27 X 1919.

*Respondens ad telegramma Conventus factionum operariorum, reverentia et observantia erga Sedem Apostolicam plenum, transmittit responsum card. Petri Gasparri, et ad sollemnitatem consecrationis suae episcopalnis vehementer invitat.*

**Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 90r-v N.prot. 718.**

Très honorable Monsieur le Délégué,

J'ai l'honneur de faire suite à ma lettre du 10 septembre p.p. (N° 354)<sup>936</sup> à la Présidence de la grande réunion ouvrière de Cracovie, en vous communiquant la réponse télégraphique hier reçue à ma communication sur les nobles sentiments de dévouement envers le Saint Siège, dont la même Présidence a bien voulu m'envoyer l'expression par une dépêche dont ma dite lettre devait accuser réception et remercier. Voilà la réponse de Son Eminence le Cardinal Gasparri:

"Santo Padre ecc. (vedi N.prot. 719)"<sup>937</sup>

Je suis doublement heureux de vous faire une telle communication et de vous la faire à la veille de ma Consécration Episcopale à laquelle vous allez contribuer non seulement l'honneur de votre présence mais encore votre personnelle coopération, en y représentant cette classe ouvrière que la Sainte Eglise a commencé d'honorer dans la présence divine du Sauveur et dans les saints.

<sup>935</sup> Telegramma similis tenoris die 26 X 1919 miserunt: aepus Bonaventura Cerretti, sac. Franciscus Marmaggi et omnes collaboratores Sectionis Rerum Ecclesiae Extraordiniarum in Secretariatu Status. Orig. telegrammatis (dactylogr.), quod separatim non publicatur, servatur in AV, Arch. Nunz.Vars. 190 f. 498r (N.prot. 725).

<sup>936</sup> Cfr. N. 1106.

<sup>937</sup> Cfr. N. 1274.

L'occasion est trop belle pour ne pas en profiter, en vous présentant dès à présent tous mes remerciements, avec lesquels je vous prie de vouloir bien agréer aussi l'expression de mes sentiments les plus distingués.

A. Ratti  
Nonce Apostolique

N. 1278.

**Achilles Ratti**  
**Alexandro Kakowski, aepo Varsaviensi**

Varsaviae, 27 X 1919.

*Pridie consecrationis suaे episcopalis in manus aepi Alexandri Kakowski, principalis consecratoris sui, deponit dona pro pauperibus et ad ecclesiam archicathedralem Varsaviensem.*

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 502r N prot. 729.

Eccellenza Rev.ma,

Quando liturgicamente già si è cominciato il giorno in cui il buon Dio mi largisce per le di Lei mani la grazia grande della Consacrazione Episcopale, La prego di accogliere con la semplicità buona e benevola, che Le è usata, la modesta somma che con semplicità piena di riconoscenza Le presento ed ofro. Ella ne disponga come crede per i poveri e per la cattedrale di Varsavia. Così Ella mi avrà anche aiutato a ringraziare il Signore in uno dei modi a Lui più graditi, cioè facendo qualche sia sua minima cosa per i suoi poveri e per la sua Chiesa i grandi amori del suo Cuore adorabile.

Con grato animo e raccomandandomi più che mai alle sue preghiere, dev.mo, obl.mo per servirla<sup>a)</sup>

Achille Ratti

a) In margine adnotatio: Mons. Kakowski con cinquemila Marchi.

## N. 1279.

**Leo Biliński, administer aerarii  
Achilli Ratti**

Varsaviae, 27 X 1919.

*Absentiam suam a sollemnitate consecrationis nuntii infirma valetudine excusat.*

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 506r (N.prot. 733).

Monseigneur,

Je regrette infiniment, qu'une indisposition catarrhale m'empêche de répondre à l'aimable et très honorable invitation d'assister demain en l'Eglise Cathédrale de St. Jean à la cérémonie de Son Sacre Episcopal.

En remerciant Votre Eminence, je La prie d'agrérer avec mes excuses, les assurances de ma très haute considération

(a-L. Biliński-a)<sup>938</sup>

a-a) *Manu propria.*

## N. 1280.

**Andreas Szeptycki, aepus Leopoliensis ritus Graeci  
Achilli Ratti**

Leopoli, 28 X 1919.

*Propter susceptam consecrationem episcopalem ei gratulatur et commendat petitionem sacerdotis Kioviae laborantis (quam fusius delegatus petentis descripturus est), in eo consistentem, ut sacerdotes orthodoxi in Ecclesiam catholicam facilius accipi possint.*

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 200 f. 151r-152r (N.prot. 763).

---

<sup>938</sup> Leo Biliński (1846-1923), iuris et oeconomiae peritus. Studiis iuridicis in Universitate Studiorum Leopolitana expletis, a. 1878-1879 fuit eiusdem Universitatis rector. Ab a. 1880 fuit socius Academiae Scientiarum et Litterarum Cracoviensis. A. 1883 electus est legatus ad Consilium Status Austriacum. A. 1895-1897, 1909-1910, 1912-1915 fuit minister aerarii Austriae et a. 1919 minister aerarii in Gubernio Ignatii Paderewski.

Pace  
Excellence!

Je charge le chanoine Kunickyj<sup>939</sup>, qui remettra cette lettre à Votre Excellence, de Lui présenter mes voeux les plus sincères à l'occasion de Son sacre. Il se rend à Varsovie pour obtenir du gouvernement et du Président de la République la libération des prêtres ukrainiens emprisonnés et confinés. C'est au nom de ces prêtres qu'il présentera au gouvernement leur demande. La persécution de notre clergé continue, jusqu'à présent (outre les Basiliens) aucun d'eux n'a obtenu la permission de rentrer dans sa paroisse.

Le chanoine présentera aussi en mon nom à Votre Excellence la demande de vouloir bien communiquer à l'abbé Szczepaniuk<sup>940</sup>, qui travaille depuis 2 ans à Kief auprès de notre église, les facultés nécessaires pour pouvoir recevoir au sein de l'Eglise catholique les prêtres schismatiques, et les paroisses qui voudront revenir à la Sainte Union avec le Saint Siège. Il a, paraît-il, deux cas semblables. Nous n'avons que des relations très incomplètes car pour le moment il n'y a pas de communication avec Kief, mais j'espère trouver le moyen de faire parvenir à l'abbé Szczepaniuk les facultés, que Votre Excellence daignera lui donner.

Le chanoine Kunickyj étant un prêtre très digne et très pieux, j'ose prier Votre Excellence de lui faire un bon accueil, et de daigner lui aider dans son travail auprès du gouvernement.

Agréez, Excellence, mes salutations les plus respectueuses, de Votre Excellence le plus humble serviteur

† André  
Archevêque

## N. 1281

**Societas Canora Varsaviensis "Lutnia" ("Cethra")**  
**Achilli Ratti**

Varsaviae, 28 X 1919.

<sup>939</sup> Sac. Nicolaus Kunickij, natus a. 1876, presbyter archidioecesis Graeco-catholicae Leopolensis, presbyteratus ordinem suscepit a. 1900, deinde studiis operam dedit in Universitate Oenipontana. A. 1905 functus est munere praefecti studiorum in Seminario Alumnorum Leopolitano, tandem studia sua perfecit in Instituto s. Augustini Vindobonae. A. 1909-1931 fuit pater spiritualis in Seminario Alumnorum Leopoliensi. Ab a. 1931 fuit parochus ecclesiae archicathedralis Leopoliensis. A. 1918 nominatus est canonicus et a. 1938 praelatus-custos Capituli Metropolitani Leopoliensis.

<sup>940</sup> Sac. Nicolaus Szczepaniuk, natus a. 1883, presbyter archidioecesis Graeco-catholicae Leopolensis, sacerdos ordinatus est a. 1907, ab a. 1908 fuit cathechetes in scholis Leopolitanis et praefectus sacristanorum in archicathedra; ab a. 1924 fuit confessarius in eadem archicathedra; a. 1938 in Russia commoratus est.

*Occasione susceptae consecrationis episcopalis transmittunt nuntio "verba reverentiae et observantiae, firme credentes doctrinam catholicam fuisse et esse arcte coniuncta cum lingua et spiritu Polonorum".*

**Or. (ms.):** AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 107r N° 478 (N prot. 821); cum adnotazione in margine: Risposto ringraziando con biglietto dell'11 Novembre 1919.

## N. 1282.

**Card. Petrus Gasparri**  
**Achilli Ratti**

Ex colle Vaticano, 28 X 1919.

*Nuntiat Sedem Apostolicam sententiam suam de usu linguae seu dialecti Alboruthenae in liturgia non esse pronuntiaturam, hoc delicato negotio sententiae ordinarii loci relichto, qui condiciones et necessitates spirituales fidelium probe noscens ipse melius in hac quaestione decreturus sit.*

**Or. (dactylogr.):** AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 74r N° 98130 (N prot. 851).

Ill.mo Signore,

Non ho mancato di prendere attentamente conoscenza di quanto V.ra Signoria Ill.ma ci comunica col suo Rapporto N° 494, del 29 Settembre scorso<sup>941</sup>, circa la lingua o dialetto della Russia Bianca.

Tutto considerato, non sembra per ora il caso che la Santa Sede si pronunzi in una questione così delicata. E' più opportuno rimettere la cosa al giudizio di Mons. Vescovo di Minsk<sup>a)</sup>, il quale, trovandosi sul posto, saprà prendere quelle direttive che meglio provvedono ai bisogni spirituali dei suoi fedeli ed all'avvenire della religione cattolica in quelle regioni.

Profitto dell'incontro per accusarle altresì ricevimento dei Rapporti NN. 452 e 453, ambedue del 24 d.m.<sup>942</sup> ed informandoLa pure che Le è stata spedita una copia della Raccolta dei Concordati<sup>943</sup>, edita per le cure del Prof. D.

<sup>941</sup> Cfr. N. 1182.

<sup>942</sup> Cfr. N. 1157 et N. 1158.

<sup>943</sup> *Raccolta di concordati su materie ecclesiastiche tra la Santa Sede e le autorità civili*, a cura di Angelo Mercati, Roma 1919.

Angelo Mercati<sup>944</sup>, con sensi di sincera e distinta stima mi dichiaro di V.ra Signoria Ill.ma aff. mo per servirla

(<sup>b</sup>-P. Card. Gasparri<sup>-b</sup>)

a) *In orig.*: Minsch  
b-<sup>b</sup>) *Manu propria*.

### N. 1283.

**Achilles Ratti**  
**Ludovico Gavazzi, senatori**

Varsaviae, [29 X 1919].

*Pro gratulationibus et votis gratias agit, benedictionem apostolicam im-partit.*

**Min. autogr.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 501r N prot. 728; telegramma.

Benedicendo ringrazio illustre Senatore<sup>945</sup> degna famiglia<sup>946</sup>. Nunzio Ratti

### N. 1284.

**Ministerium Rerum Exterarum**  
**Achilli Ratti**

Varsaviae, 30 X 1919.

*Respondentes ad interrogationes curatorum legationum diplomaticarum, ad difficultates in consequendo combustibili pertinentes, respondent Mini-*

<sup>944</sup> Sac. Angelus Mercati (1870-1955), archivarius et historicus. Suscepito presbyteratus ordine a. 1893 functus est munere professoris theologiae in Seminario Alumnorum Regiense in Aemilia. Ab a. 1911 laborabat in Bibliotheca Vaticana et ab a. 1918 in Archivo Vaticano, primum munere fungens custodis, deinde ab a. 1920 vicepraefecti et ab a. 1925 praefecti. A. 1920 obtinuit dignitatem praelati domestici Sueae Sanctitatis.

<sup>945</sup> Ludovicus Gavazzi (1851-1941), industrialis, a. 1910 nominatus senator.

<sup>946</sup> Minuta telegrammatis separatim non publicatur; servatur in eodem folio, cum eodem N prot., quo scripta est minuta autographa telegrammatis nuntii ad cognatos (familiam Gorini) Mediolani: Benedicendo ringrazio care zie Rosa Marina con tutti singoli firmatari benevolo telegramma. Nunzio Ratti.

*sterium Rerum Domesticarum nuntiare Ministerio Rerum Exterarum omnem combustibilis ordinatam quantitatem suppeditatum iri.*

**Or. (dactylogr.):** AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 101r N° S. 57/I (N.prot. 771).

Note Verbale.

Diverses Légations ayant adressé des demandes de charbon au Ministère d'Approvisionnement, celui-ci fait savoir au Ministère de Affaires Etrangères que vu l'excessive pénurie de charbon et de combustible en général, les plus grandes restrictions s'imposent et que pour le moment, il a le regret de ne pouvoir satisfaire qu'en minime partie aux demandes des Légations.

Toutefois, le Ministère d'Approvisionnement dispose d'un peu de bois de chauffage et aussitôt que la Nonciature lui aura fait connaître la quantité qu'elle désire, il s'empressera de lui fournir, dans la mesure où il sera possible de le faire.

L.S. [*cum inscriptione:*] Ministerstwo Spraw Zagranicznych

### N. 1285.

**Achilles Ratti**  
**Paulo Jasiński, cursori diplomatico**

Varsaviae, 31 X 1919.

*Nuntius testatur Paulum Jasiński cursorem (tabellarium) esse Nuntia-  
turae Apostolicae in Polonia.*

**Min. (ms.):** AV, Arch.Nunz.Vars. 193 f. 18r N prot. 751.

Lettre de Courrier N. 1

Le porteur de la présente lettre, Mr Paul Jasiński<sup>947</sup>, courrier de la Nonciature Apostolique de Pologne est porteur d'un pli officiel N° 57, adressé à

---

<sup>947</sup> Paulus Jasiński - de eo nihil alias scire potuimus.

Mons. Jan B. Cieplak, Archevêque Auxiliaire de Mohilew, demeurant à Pé-trograde.

(a-Achille Ratti-a)

a-a) *Manu propria.*

## N. 1286.

**Card. Caietanus De Lai, secretarius Congregationis Consistorialis Achilli Ratti**

Romae, 31 X 1919.

*Ex summa 1500 marcarum ab epo Romualdo Jałbrzykowski ratione taxae pro bullis nominationis missarum remittit 1360 marcas, quae in Italia non sunt amplius in usu, et rogat, ut idem epus Jałbrzykowski alios nummos idem valentes, sed nondum obsoletos, mittat.*

Or. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 202 f. 79r-v N° 669 (N.prot. 991).

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Il giorno 24 del corrente mese ebbi occasione di trasmettere alla Signoria V.ra Rev.ma la ricevuta dei 1500 marchi<sup>948</sup> dati da Mons. Romualdo Jałbrzykowski, suffraganeo di Sejny<sup>a)</sup>, per le bolle apostoliche relative al suo titolo Vescovile. Esaminata però la moneta cartacea inviata a questa S. Congregazione mi trovo nella necessità di restituire marchi 1360 dei 1500 in parola, perché sono emissione di guerra e quindi fuori corso, almeno qui in Italia, mentre costà forse potranno essere utili. Se è possibile sostituirli con valuta che abbia qui corso, rimetto la cosa alla prudenza e discrezione della Signoria V.ra, affinché ne tratti con detto Prelato.

Con sensi di particolare stima ed ossequio mi professo della Signoria V.ra Rev.ma aff.mo come frater

Gaetano Card. De Lai Vescovo di Sabina  
Segretario

a) *In textu legitur: Sejna*

---

948 Originale (ms.) huius scripti N° 767/19 (N.prot. 857), quod separatim non publicatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 76r; cfr. N. 1120.

## N. 1287.

**Card. Petrus Gasparri**  
**Achilli Ratti**

Ex colle Vaticano, 31 X 1919.

*Certiorem facit nuntium summum pontificem ad petitionem epi Ignatii Dub-Dubowski decorasse dignitatibus ecclesiasticis aliquot sacerdotes dioecesis suae, supplicationem autem eius, ut canonicis inclyti Capituli Ecclesiae Collegiatae Olyicensis aliquot honores conferantur, secundum competentiam in S. Congregationem Rituum transmissam esse.*

**Or. (dactylogr.):** AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 146r N° 98309 (N prot. 999).  
**Min. (ms.):** AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 3 f. 127r-v.

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Ho ricevuto il Rapporto della Signoria V.ra Ill.ma N° 480 in data del 28 Settembre u.s.<sup>949</sup> unitamente alle domande di Monsignor Vescovo di Zytomir che si trovavano accolse allo stesso Rapporto.

Mi sono dato premura di umiliare le dette suppliche nelle venerate mani di Sua Santità, e mi affretto a comunicarle che in benevolo accoglimento delle medesime la Santità Sua si è degnata di annoverare il Rev.do Sac. D.no Antonio Niewiarowski fra i Prelati Domestici e di conferire il titolo di Cameriere Segreto Soprannumerario ai Rev.di Sacerdoti D.no Giorgio Zwoliński, D.no Stanislao Jachniewicz, e D.no Venceslao Nejmak.

In seguito a tale benevola concessione dell'Augusto Pontefice sono stati impartiti ai competenti Uffici gli ordini opportuni per le spedizioni del Breve Apostolico per il nuovo Prelato e dei biglietti di nomina per gli altri prelati Ecclesiastici.

In ordine poi alla supplica di Mons. Dubowski tendente ad ottenere il privilegio di alcuni distintivi per i Canonici della sua insigne Collegiata di Olika, mi occorre notificare che la detta istanza è stata trasmessa alla Sacra Congregazione dei Riti, competente in materia.

Nel renderla consapevole di quanto sopra, per norma di V.ra Signoria e dell'Ordinario di Zytomir, mi valgo volentieri dell'occasione per raffermarmi con sensi di distinta e sincera stima di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma aff.mo per servirla

(<sup>a</sup>-P. Card. Gasparri-<sup>a</sup>)

<sup>a-a)</sup> *Manu propria.*

---

949 Cfr. N. 1176.

## N. 1288.

[**Henricus Haduch SJ, provincialis**  
**Achilli Ratti**

[Varsaviae, s.d. X 1919].

*Edocet nuntium de fastidio cleri et fidelium nationi Polonae propter regimen et administrationem epi Georgii Matulewicz et de causis ac rationibus eiusmodi fastidii.*

**Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 803r.**

Relatio de statu, qui est in Urbe Wilno, Episcopum inter et sacerdotes Polonus populumque fidelem Polonum<sup>a)</sup>

1. Certum est esse magnam aversionem animorum apud sacerdotes Polonus et populum Polonum ab Episcopo, loci Ordinario, Admodum Rev.do D.no D.no Georgio Matulewicz.

2. Haec aversio animorum appetit ex eo, quod Episcopum appellant hominem, qui strenue partes politicas Lituanorum contra Polonos sequitur, et vult, ut urbs Wilno non ad Regnum Poloniae, sed ad regimen Lithuaniae pertineat; quod Ei fidere nolunt, acsi alio modo in sermone, alio vero modo re ipsa procederet; quod quamvis sit vir bonus et sanctus, tamen nulla facultate regendi et administrandi est praeditus (opinio universalis); quod illos sacerdotes protegit, qui Lituani sunt, aliis vero contradicit; quod non prohibet, quominus sacerdotes Lituani rem politicam in administrationem sacramentorum inferant, saltem nihil contra agere videtur.

3. Motiva quaedam haec sunt praesto:

a) iam ante nominationem suam in Episcopum opinione hominis strenue partes Lithuanas persequentis gaudebat, quam opinionem eius consecratio in Kowno peracta multum confirmavit animosque Polonorum non bene erga Eius personam effecit;

b) quod sac. D.num Wojtkiewicz sibi in secretarium elit, qui etiam tali opinione, acsi inimicus esset Polonorum, fruatur;

c) quod sac. D.num Chomski<sup>950</sup>, valde erga Seminarium meritum, nam ex maximis periculis sua industria illud liberavit, nunc tum a cathedra, tum ab alumnis removit;

---

950 Sac. Leopoldus Chomski, natus a. 1885, presbyter dioecesis Vilnensis, presbyteratus ordinem accepit a. 1910; a. 1911-1914 professor in Seminario Dioecesano Vilnensi; a. 1919-1931 magister religionis in gymnasio puerorum Vilnensi; a. 1931-1935 parochus et decanus in Dąbrowa; adeptus est dignitatem canonici ad honorem et fuit iudex synodalnis, ab a. 1936 administrator ecclesiae Immaculatae Conceptionis BMV Vilnae.

d) Quod fama fert, etiam praesentem rectorem Seminarii D.num Uszyłlo remotum iri<sup>b)</sup>.

a) *In margine adnotatio manu nuntii scripta: P. Haduch<sup>951</sup>, Vilno*

b) *Subscriptio patris Haduch deest.*

## N. 1289.

### Sacerdotes Graeco-catholici Galiciae Orientalis Achilli Ratti

Leopoli, s.d. X 1919.

*Nuntiant relegatos et internatos sacerdotes Graeco-catholicos Leopoli a nuntio petere, ut apud potestates Polonicas intercederet pro omnibus sacerdotibus internatis, cum eorum fideles cura pastorali careant.*

Cop. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 200 f. 59r-62r.

Excellentissime Ill.me ac Rev.me Domine!

Infrascripti sacerdotes Ecclesiae Ucrainicae in Galicia orientali Excel-lentiae V.rae Rev.mae hunc libellum substernere audent, Eiusque opem et tutelam invocare.

Exercitus Polonorum invaserunt Galiciam orientalem eiusque occupationem compleverunt mense Maio a. 1919. Die 20 Iulii h.a. delegatus regiminis Polonici pro provincia Galiciae dr. Casimirus Gałecki edictum dedit ad omnes incolas Galiciae, ut omnes sine discriminе linguarum et confessionum in sua loca et ad suos labores redirent, cum cuique incolae quieti ne unus quidem crinis de capite decisurus esset. Nihilominus tamen, quasi in opprobrium isti solemni promissio et fidei datae, mox sexcenti sacerdotes Ucrainici ritus Graeci, curati et scholarum cathechiste, in custodiam dati sunt atque usque modo in variis carceribus publicis Leopoli et Peremisliae detinentur, vel extra patriam evehuntur et in castris in custodia servantur, in Dąbie ad Cracoviam, Demblini ultra Varsoviam, in Strzałków, in Brest Litowskij, - alii vero aliis in locis extra custodiam (tamquam "confinati"), v.g. nos infrascripti Leopoli detinentur.

Quo factum est, ut magni terrae tractus in Galicia orientali cum pluries centenis millibus fidelium filiorum filiarumque Ecclesiae Ucrainicae, cura spirituali privati sunt. Omnes tres dioeceses Ucrainicae, cura spirituali pri-

---

951 P. Henricus Haduch SJ, cfr. ANP LVII/4, notam 518, p. 173.

vati sunt. Omnes tres dioeceses Ucrainorum Galiciae, Leopoliensis-metropolitana, Premisiensis, Stanislaopoliensis, exhibent modo verum exemplar vallis lacrimarum et miseriae. Milia animarum fidelium ritus Graeci avolant sine s. sacramentis, cum non adsint sacerdotes, qui aegrotis provideant eosque solentur, neque adsunt, qui infantes recens natos baptisent, ita ut saepe moriantur cum dubio baptismu ab imperitis ob necessitatem eis col lato, immo nonnunquam et sine omni baptismu, cadavera sepeliuntur sine precibus et ritibus Ecclesiae, sponsi cohabitant sine copulatione et ecclesiastica benedictione, - vel, ne longum faciamus, inter fideles catholicos ritus Graeci Ucrainos, qui semper tam tenere dediti erant et sunt et suae Matri Ecclesiae et suo ritui et suius animarum pastoribus animos frigus et torpor et desperatio invadit ipsaque fides debilitatur.

Omnia conamina et nostrorum Illmorum Ordinariorum et nostri iniuste et sine culpa vexati cleri ucrainici facta apud magistratus militares Polonorum, usque adhuc carent effectu, quamquam ne unus quidem sacerdos convictus est subditos sibi fideles ad facinora poena digna incitavisse, sive quidquam contra Rempublicam Polonorum egisse.

Novissimis temporibus supremi loci civilis et militaris potestatis Polonorum videntur quidem specie inclinari ad id, ut animarum pastores et catchistae Ucrainici libertati restituantur, cum non possint non videre, omnes sacerdotes nostros insontes tantum iniuria belli circumventos esse; attamen in omnibus urbibus principalibus districtuum Galiciae orientalis e viris nobis infensissimis, implacabilibus odioque interneccino flagrantibus, civibus nationis Polonicae et ritus latini, ad omnes singulas praefecturas districtuum, collegia coaluerunt, quae "civium collegia districtuala pro nationali defensione orientalium in Galicia finium" (polonice: obywateelskie komitety powiatowe obrony narodowej wschodnich kresów w Galicyi) dicuntur, quae collegia privata, adiuta a custodibus publicis (gendarmi) Reipublicae Polonicae, tantum valent apud praefectos districtuum, ut usque modo continuo ab eis praefectis relationes uius modo dentur: "Considerato rerum statu locali praefectura districtus N.N. non potest consentire redditui sacerdotis N.N. in suum domicilium".

Fiebat nonnunquam, ut sacerdotes libertati restituti, etiam a Polonicis militaribus iudiciis castrensisbus insontes declarati, a custodibus publicis loci (gendarmeria) denuo comprehendenderentur et in carceres centrales eveherentur e.g.

1) Alexander Gwozdeckij<sup>952</sup>, curatus pagi Borszew, decanatus Peremy slanensis;

2) Ioannes Winnickij<sup>953</sup>, decanus forensis et parochus pagi Zalesie;

---

<sup>952</sup> Sac. Alexius Gwozdeckij, natus a. 1876, presbyter archidioecesis Leopoliensis, sacerdos ordinatus est a. 1903, a. 1909-1921 fuit parochus paroeciae Borszew, in decanatu Przemyslany.

<sup>953</sup> Sac. Ioannes Winnickij, natus a. 1865, presbyter archidioecesis Leopoliensis, presbyteratus ordinem suscepit a. 1889, a. 1896-1937 fuit parochus in Zalesie et decanus decanatus Chodorów.

3) Isidorus Zielskij<sup>954</sup>, decanus forensis parochus loci Milatyn, decanatus Milatynensis;

4) Michael Siwenkij<sup>955</sup>, parochus pagi Dernow, decanatus Kameneceensis;

5) Petrus Zadworniak<sup>956</sup>, administrator parochiae Derewlany, decanatus Kameneicensis.

Itaque propter talia adversa nobis studia praefectorum districtibus in Galicia orientali, qui et ipsi auctoritate "districtualium collegiorum civium" agantur et Polonicis custodibus publicis morem gerunt, moraliter et materialiter perduntur animarum pastores et cathechistae catholici ritus Graeci, pluries centena milia animarum atque etiam pueri puellaeque scholarum in tam gravibus belli temporibus debent manere tamquam "greges sine pastribus".

Illi qui summam Republicae Polonarum curam gerunt, si sincere velint, sane possunt id malum abigere. Perperam praetendunt relationes praefectorum districtibus, nam non debent eis obtemperare, cum bene sciant, illas relationes e malitia et vesano nationali studio praecique istorum "Districtualium collegiorum civium" et simplicium virorum custodiae publicae ortum ducere. Dum vero eis obtemperant, illum malum zelum nationalem et vesana studia et ipsi augent et alunt, sive inviti, sive e consulto. Nobis evidens est haec omnia ad id tendere, ut populus Ucrainicus suis pastoribus spiritualibus privatus eo facilius in ritum Latinum traducatur et eo ipso etiam polonisetur. Cui intentioni clerus quoque polonus suam praebet opem et spretis constitutionibus Apostolicis, ubi tantum potest, Ucrainos in ritum latinum proprio marte aggregat. Et revera haud pauci, praecipue in urbibus seducuntur vel etiam metu incusso ad id adiguntur. An effectus quem pro sua natione tali perversa agendi ratione modo assequi videntur, Reipublicae Polonorum in genere aliquando profuturus sit, docente magistra vitae, historia pristini regni Poloniae, dubitari potest, de qua re, caeterum, ipsi videant; id tamen certum est, eum effectum particularem, profanum, minime esse tantum, ut saltem ex parte tegat illam immem stragem, quae in grege Christi editur, iniuriamque ipsi Christo illatam.

Itaque nos infra scripti sacerdotes Ucrainici, incarcerati Leopoli et extra custodiam Leopoli detenti, nomine nostro et nostrorum fratrum sacerdotum, alibi incarceratorum et detentorum, atque etiam omnium parochianorum gravi iniuria affectorum, ad Excellentiam V.ram Rev.mam configimus eam-

<sup>954</sup> Sac. Isidorus Zielskij, natus a. 1864, presbyter archidioecesis Leopoliensis, presbyteratus obtinuit a. 1887, a. 1893-1937 fuit parochus et decanus in Milatyn.

<sup>955</sup> Sac. Michael Siwenkij, natus a. 1866, presbyter archidioecesis Leopoliensis, ordines sacerdotales suscepit a. 1897, ab a. 1903 fuit parochus paroeciae Derniów in decanatu Kamionka Strumiłowa.

<sup>956</sup> Sac. Petrus Zadworniak, natus a. 1882, presbyter archidioecesis Leopoliensis, presbyteratus ordinem accepit a. 1910, ab a. 1919 fuit parochus paroeciae Derewlany in decanatu Kamionka Strumiłowa.

que instantissime rogamus per amorem Christi et iustitiae studium, ut male vexatis sacerdotibus Ucrainicis Galiciae orientalis fidelique gregi ucrainorum opem suam ferre velit, de hoc misero rerum statu ad Suam Apostolicam Sanctitatem, Summum Pontificem referat, atque etiam apud summas civilis et militares potestates Varsovienses suam de re modo exposita intercessionem, quoad eius fieri potest, interponere benevole dignetur.

Pro qua gratia ecimia grates semper habebimus maximas, ea qua par est reverentia et devotione inexstincta filii devoti et famuli humillimi:

Thomas Berezowskyj<sup>957</sup> natus 1845, tit. canonicus Leop. Metr. Capit. emer. professor et decanus, examiner proсинод., parochus in Lachowycz Zariczni;

Michael Cehelskyj<sup>958</sup>, generalis Vicarius, decanus et parochus in Kamionka Strumyłowa, num. anim: 3200;

Ioannes Nehrebeckyj, natus 1853, tit. consiliarius Consist. et parochus Jasenycia Silna, num. anim. 2030;

Ioannes Wynnyckyj<sup>959</sup>, natus 1865, decanus chodoroviensis, consiliarius Consist., cum canon. exposit., parochus in Zalesie, distr. bobrcensis, num. anim. 1600;

Alexius Gockyj, natus 1873, parochus in Dwirci, distr. Żowlka, num. anim. 2200;

Hilarius Pańkowskyj, natus 1868, tit. consiliarius Leopol. Consist. Metr., emer. vicerector Seminarii cleric., parochus in Bilcze, distr. Drohobycz, num. anim. 2200;

Iosephus Łohyński<sup>960</sup>, natus 1872, decanus Żurawnensis cum canon. expositoriis., parochus in Wołodymyrci, distr. Žydaczoviensis, num. anim. 1116;

Ioannes Szczerbaniuk<sup>961</sup>, natus 1881, administrator e Žydacziw, num. anim. 1700;

Pantalejmon Horodeckyj, natus 1871, parochus Žuraki, num. anim. 1700;

Bazilius Kukewycz, natus 1870, cum canon. exposit., cathechista scholiarum in Drohobycz;

Stephanus Jaśkiewycz, natus 1885, administrator in Jezupol, distr. Stanislaopoliensis, num. anim. 2600;

<sup>957</sup> Sac. Thomas Berezowskyj, sacerdos ordinatus est a. 1874, ab a. 1888 fuit parochus paroeciae Dubrawka.

<sup>958</sup> Sac. Michael Cehelskyj, natus est a. 1848, sacerdotium obtinuit a. 1874, ab a. 1863 decanus et parochus paroeciae Kamionka Strumiłowa.

<sup>959</sup> Sac. Ioannes Wynnyckyj, presbyteratum accepit a. 1889, ab a. 1896 parochus paroeciae Zalesie.

<sup>960</sup> Sac. Iosephus Łohatyński, presbyteratum obtinuit a. 1897, ab a. 1883 parochus paroeciae Wołodymyrci.

<sup>961</sup> Sac. Ioannes Szczerbaniuk, presbyteratum obtinuit a. 1911, ab a. 1922 parochus paroeciae Wierbiliwei.

Wladimirus Wyniarskyj<sup>962</sup>, natus 1867, parochus in Iwaniwka, distr. Skałat, num. anim. 1600;

Alexius Jaworskyj<sup>963</sup>, parochus in Nesteriwci, distr. Zboriw, num. anim. 846;

Emilianus Konstantynowycz, natus 1863, tit. consiliarius Premisliensis Episc. Consistorii, parochus cathedralis in Sanok, distr. Sanok, num. anim. 2408;

Jarosław de Biliński, natus 1858, parochus in Pomirci, distr. Buczacz, num. anim. 3000;

Eustachius Tesla<sup>964</sup>, natus 1882, parochus in Koroliwka, distr. Towlacz, num. anim. 1500;

Petrus Kazaniwskyj<sup>965</sup>, natus 1883, administrator in Łany et cooperator in Kaminka Strumyłowa, distr. Kaminka Strumyłowa, num. anim. in Łany 900, in Kaminka Strumyłowa 3000;

Hipolit de Pohoreckyj<sup>966</sup>, parochus in Brodki, cum exposit. canon., num. anim. 2500;

Nicolaus Prytulak<sup>967</sup>, cathechista scholarum in Dołyńa;

Semen Myhal<sup>968</sup>, scholae cathechista in Sudowa Wysznia, distr. Mostyska;

Theodorus Oseredczuk<sup>969</sup>, absolutus theologus in Dowhe, distr. Drohobycz;

Nicolaus Stetkewycz<sup>970</sup>, natus 1879, cum canon. exposit., parochus in Zarudie, decan. Zboriw, distr. Zboriw, num. anim. 2500;

Petrus Zadworniak<sup>971</sup>, administrator in Derewlany, decan. Kaminka Strumyłowa, num. anim. 2000;

Michael Syweńkyj<sup>972</sup>, natus 1866, parochus in Derniw, decan. Kaminka Strumyłowa, num. anim. 1600;

<sup>962</sup> Sac. Vladimirus Wyniarskyj, sacerdos ordinatus est a. 1891, ab a. 1901 parochus paroeciae Iwaniwka.

<sup>963</sup> Sac. Alexius Jaworskyj, natus a. 1865, presbyteratum accepit a. 1892, ab a. 1899 parochus paroeciae Nesterowce.

<sup>964</sup> Sac. Eustachius Tesla, presbyteratus ordinem verisimiliter suscepit a. 1909.

<sup>965</sup> Sac. Petrus Kazaniwskyj, sacerdotium obtinuit a. 1911, ab a. 1935 parochus paroeciae Łopatyń.

<sup>966</sup> Sac. Hippolytus de Pohoreckyj, natus a. 1859, sacerdos ordinatus est a. 1884, ab a. 1906 parochus paroeciae Brodki.

<sup>967</sup> Sac. Nicolaus Prytulak, natus a. 1885, presbyteratus ordinem accepit a. 1911, a. 1938 fuit magister religionis in Skała.

<sup>968</sup> Sac. Michael Semenow, natus a. 1848, sacerdos ordinatus est a. 1874.

<sup>969</sup> Theodorus Oseredczuk, natus a. 1893.

<sup>970</sup> Nicolaus Stetkewycz, sacerdos ordinatus est a. 1903, ab a. 1906 parochus paroeciae Zarudie.

<sup>971</sup> Sac. Petrus Zadworniak, natus a. 1882, presbyteratum accepit a. 1910, ab a. 1919 administrator paroeciae Derewlany.

<sup>972</sup> Sac. Michael Syweńkyj, sacerdos ordinatus est a. 1897, ab a. 1903 parochus paroeciae Derniw.

Theodorus Nimyłowycz, natus 1889, vicar. paroch. in Modrycz et katechista schole in Drohobycz, decan. Drohobycz, distr. Drohobycz, num. anim. 2800;

Iosephus Kmicikewycz<sup>973</sup>, administrator in Młynyska, decan. Żydacziw, num. anim. 1000;

Severinus Boraczok<sup>974</sup>, natus 1859, parochus in Jajkiwci, dec. Żurawno, distr. Żydacziw, num. anim. 1500;

Alexander Wolański, natus 1862, parochus in Kryworiwnia, decan. et distr. Kossiw, num. anim. 2500;

Emilianus Trześniowskyj, natus 1870, cum canon. exposit., parochus in Chorobiw, decan. Warezensis, distr. Sokal, num. anim. 1000;

Cyprianus Jasienickyj, emer. decan., tit. consil. Peremyslensis Consist., parochus in Żowtanci, decan. Żowkwa, distr. Żowkwa, num. anim. 4000.

---

<sup>973</sup> Sac. Iosephus Kmicikewycz, natus a. 1881, presbyteratum accepit a. 1911, ab a. 1938 parochus paroeciae Poliuchin Wielki.

<sup>974</sup> Sac. Severinus Boraczok, sacerdos ordinatus est a. 1884, ab a. 1892 parochus paroeciae Jajkiwci.